di ceſſionem in beneficiis ſpectātib. ad inſtitutionem Epi-
ſcopi, determinant domini de Ro. ſua conclu. 308. ꝙ poſſit,
q̄a ſuccedit in actu iuriſdictionali, de maio. & obe. c. his q̄.
& ſuccedit in poteſtatem inſtituendi & deſtituēdi, ad hoc
qđ no. glo. in cle. i. de re. perm. & de inſti. c. i. lib. vi. vbi etiā
concludunt. ꝙ facta renūciatione coram capitulo, licet ni-
hil dicat habens poteſtatem inſtituendi & alteri conferen
di, tacite vr̄ habere ratam renunciationem, de his quæ fi. a
8 ma. par. ca. c. ex ore, & ibi pleniſſime all. pro & contra. †In
ea. gl. ibi, Sed ipſe non poteſt repetere. In quantum gl. dicit
ꝙ renunciatio, licet non valeat quo ad p̄iudicium ſuperio
a ris,[a] valet tamen quo ad p̄iudicium renunciantis, idem te
nuit Goff. hic, & ſup. eod. c. admonet. Anto. Phi. & Aeg. ad
hoc de app. c. cum appellationib. li. vi. & facit quod no. 49.
diſt. c. vlt. & 6. q. 3. c. denique. vr̄ contra per id quod dicit,
Nulla &c. hoc tenet Gul. Naſo, ad hoc inf. ca. fi. Vin. tenuit
ꝙ renunciatio ſibi præiudicat. ſi tamen velit pœnitere, re
integra admittitur, alias non admittitur, ff. de ceſ. bo. l. is q̄.
Alii ꝙ pōt renunciare honori, ſed non oneri, abdicando iu
riſdictionem prȩlati, de fo. compe. c. ſi diligenti. Hoſt. dicit
ꝙ renunciatio eſt nulla, vt patet. Ideo nec quo ad eius p̄iu-
dicium valet, licet de iure priuetur. Credo ꝙ in manib. nō
p̄lati, ſi tamen ſit clericus ſine aliquo, valet renūciatio quo
ad p̄iudicium ſui, quo ad p̄iudicium ſu̅pioris nō, vt hic di-
cit glo. vbi in manibus laici nullo modo valet, ſed priuatur
a iure, ne laici talia conſueſcant, & hoc tene. eſt tamen ve-
rum ꝙ beneficium interdum, vel interim non vacat, ita ꝙ
poſſit conferri non expectata ſuperioris licetia, nec etiam
vt vacans poſſit impetrari, ſed interim eſt in pēdenti ad iu
dicium ſuperioris, vt no. ſup. eo. c. admonet. & ſic determi
nat Io. And. in c. ignorantia. de reg. iur. li. vi. & hoc tene. li-
cet Innocē. dixerit ꝙ renunciatio non tenet ad p̄iudicium
renunciantis quo ad ꝓprietatem, licet teneat quo ad præ-
iudicium poſſeſſionis, vt ipſe ſup. no. in c. proxi. quod ſatis
credo, in quantum dixit de poſſeſſione, q̄a in illa nō eſt q̄d
ſpiritualitatis, vel vinculi indiſſolubilis: ideo illam ꝑdere
pōt quo ad poſſeſſionem abſq; licētia p̄lati, quod ſecus eſt
in proprietate, q̄a illam non ꝑdet ipſo iure, licet ſibi peten
ti obſtet exceptio, vt in illis iuribus, & quia facilius ꝑditur
poſſeſſio, q̄ proprietas, vt l. ſi quis vi. §. dn̄ia. ff. de acq. poſſ.
operabitur etiam effectum interim renunciatio, ꝙ ille inte
rim perdet facultatem adminiſtrandi, vt dicit gl. no. de ſta.
9 mo. quod Dei. in gl. 2. †Hæc ſunt vera, vt exigatur licentia
ſuperioris, ſiue loquatur de renunciatione ſimplici, ſiue ex
preſſa, ꝑ ꝑ tranſitum ad aliam dignitatem, vel beneficium,
vt eſt dictum. ſup. eo. c. admonet. de quo de præb. c. de mul
ta. de his quæ fi. a ma. par. ca. c. ex ore. In tranſitu autem ad
religionem non exigitur licentia. xix. q. ii. c. duæ ſunt. not.
ſup. eod. c. admonet. & eſt tex. & gl. de ſta. mo. c. quod Dei.
De tacita autem renunciatione quæ ſurgit ex aſſumptio-
ne dignitatis incompaſſibilis, Doct. de præb. c. de multa. di
cunt etiam ibi neceſſariam licentiam, vel reprobationem,
ſeu approbationem ſuperioris. Contrarium ſentit glo. de
his q̄ fi. à ma. par. ca. c. ex ore, & hoc plene per Gul. in cl. gra
tiæ, de reſcr. in verbo, renunciare, dic vt no. in d. c. ex ore.
& conſequenter tenetur ꝙ nō vacet primum, niſi ſuperior
ratum habeat, & hoc tenet Inn. ſupra eo. in c. admonet. In
renunciatione autem quæ fit per actum permutationis, ha
bes plene de re. permu. c. q̄ſitum. & tenetur ꝙ ſolus Eps, vt
in cle. i. de re. permu. Solus. n. Eps authoratur ꝑmutationi,
& conſequenter renunciationi, & hoc quando ſpectat col
latio ad Epm, ſi ad alios, etiam exigitur cōſenſus illorum,
ad quos ſpectat collatio, vt ibi no. & no. in tractatu permu
10 tationum Lapi de Caſt. †Opp. cum alia gl. ꝙ alia pœna[b] ve
b niat imponenda ſuſcipienti beneficium de manu laici, vt
patet. ſupra de ele. c. quiſquis. xvi. q. vlt. c. ſi quis deinceps.
Sol. dicit glo. ꝙ priuatur beneficio, vt hic, etiam vltra hoc
eſt ſuſpenſus & ineligibilis. Nec ob. de iure pa. ca. preterea.
vbi videtur ꝙ ſit excommunicandus. gl. dat plures ſolutio
nes. Primo in quantum decre. præterea, dicit eos excōican
dos, referatur ad excōicationem maiorem. in quantum c.
ſi quis deinceps. dicit, ſuſpenſos, intelligatur ſuſpenſione
minori, quæ priuat participio, & vltra hoc ſunt excommu
nicandi. Secūda ſol. ꝙ c. ſi quis deinceps, ſit correctum, qđ
dicit, ſuſpenſos, cum ſuſpendendi demum ſunt per iura no
ua. Ego non video ꝙ iura noua aliquid immutent, quia ca.
quiſquis. in quantum dicit ſuſpendendos, loquitur de eli-
gentibus, de conſentiente electioni dicit ꝙ eſt ineligibilis
abſq; diſpenſatione, per hoc non tollit pœnam ſuſpenſio-
nis. c. præterea, dicit ꝙ priuetur communione. hoc nō cor
rigit ſuſpenſionem, quia & ſuſpenſus excommunicari pōt,
& eſt excommunicatio cum ſuſpēſione compaſſibilis. Dic
ꝙ ſi perſtiterit, ab eccleſiaſtico miniſterio deponatur. nec
hoc etiam tollit ſuſpenſionem, quia ſuſpenſus deponi pōt,
& differunt talia, de cohab. cler. c. ſicut. & c. clericos.

ADDITIONES

cedit etiam in delegatione facta ipſi epiſcopo, vt per d. Card. in cle. j. in § 2. in 8. q de hære. & denique conclud. ꝙ capitulum poteſt omnia, quæ poſſet Epiſcopus exercere, ſi viueret, & ideo abſo uit eos qui per Epiſcopum viuentem fuerunt excommunicati c. j de ma. & obe. l b 6. & in cap. j. ne ſede vac. lib. 6. & poteſt procedere contra hæreticum, ſicut poſſet Epiſcopus, c. ad abolendam, de her. & poteſt alienum ſubditum Epiſcopo confirmare, ca. cum olim. & ibi Do. no. de ma. & obe. poteſt etiam dare literas dimiſſorias clerico recedenti, c. nullus, de temp. or. poteſt etiam inſtituere præſentatum in beneficio, ca. j. de conſti. lib. vi. E. Adde ꝙ licet capitulum habeat ſolum iuriſdictionem ſede uacante, tamen ſi conderet ſtatutum, dum vacat ſedes, tale ſtatutum perpetuo duraret, vt voluit Pe. de Anch. in c. j. ne ſe. vac li. 6. & habetur per Alex. in l. fi. ff. de pœn. & de hoc etiam ꝙ vacante ſede capitulum ſuccedat in iuriſdictionalib. vide etiam per Bar. in l. vbi abſunt, ff. de tut. & cur. dat. ab his. Ant. Fran.

a ¶Superioris. Adde D. de Ro. dec. ſ 352. in nou. ſ.

b ¶Quod alia pœna Quomodo quis poſsit duplici pœna puniri, traditur in l. Senatus, ff. de accuſ. & late per S... in l. qui de crimine. C. eo. tit. latè etiam per Bald. Fulgo. & Pau. de Caſt in l. j. C. de ſacroſan. eccl. Se. Sa.

S V M M A R I V M.

1 *Periculum mortis vbi eſt, eſt optima cauſa faciendi aliquem actum alias prohibitum.*
2 *Practica probandi quem non poſſe in aliquo loco ſecurè morari.*
3 *Mendicare non eſt licitum Epiſcopis, vel clericis, quia tendit in vituperium ordinis eccleſiaſtici.*
4 *Collatio beneficiorum poteſt ex priuilegio ſpectare ad principes ſeculares.*
5 *Par in parem aliquando habet imperium. 7.*
6 *Epiſcopus an poſſit promoueri ad inferius beneficium, ſi renunciauit epiſcopatui. 7.*
8 *Ad Epiſcopatum, an quis poſſit inuitus promoueri?*
9 *Archiepiſcopus qui ceſsit Archiepiſcopatui, an poſsit eligi aut poſtulari ad Epiſcopatum?*
10 *Epiſcopus nullius Epiſcopatus, vel diœceſis, quod priuilegium habeat.*

CAP. IX.

AD ſupplicationem. Papa cōcedit Epo licētiam cedendi, qui ſine mortis periculo in ec
cleſia ſua morari non poteſt. Primo ponit licē-
tiam cedendi, & cauſam, & ceſſionem. Secundo quoddam
mandatum. ibi, Nec vero. Tertio moderatur mandatū, ibi,
Cui conceſſimus. Caſus literalis. Archiepiſcopus Raguſi-
nus petiit licentiam cedendi à domino Papa, quia ſecure
ibi non poterat commorari, & ipſe obtenta licentia ceſſit.
Archiepiſcopus de conſenſu Regis Angliæ conceſſit eidē
quoddam beneficium in quadam eccleſia ī Epatu Carleo
li, Mandat Archiepo ne in vituperiū ordinis clericalis mē-
dicare cogatur, ꝙ beneficium illud ad ſuſtentationem con
ſeruet ipſius, ita, vt ſine vſu pallii in Epatu illo officiū Epi-
ſcopale valeat exercere, eidem Archiepo tanquam Metro
1 politano obedientiam & reuerentiam impēſurus. B. †No.
vnam legitimam cauſam cedendi, quando Eps non poteſt
2 tute ſine mortis periculo accedere ad Epatum. †Item not.
practicam probandi quem non poſſe in aliquo loco ſecu-
a re morari, quando. ſ. ibidem timetur periculum mortis.[a]
3 †Item no. ꝙ non videtur licitum Epo, vel clerico mendica
re, cum hæc tendāt in vituperium eccleſiaſtici ordinis, de
quo. inf. de voto, c. magnæ, de ſta. mon. c. quod Dei. per Io.
4 An. in nouel. †No. ar. Regem[b] aliquando ea priuilegio poſ
b ſe hr̄e facultatem conferendi beneficia. 63. diſt. c. Adrian⁹.
vel poſſe hr̄e aliquod participium in collatione beneficii,
5 de quo de ele. ca. quod ſicut. †Not. vlti. ꝙ ſuperior, vel par
ſub pari, vel inferiori recipiens beneficiū, ſubmittitur eius
poteſtati. Et ſic no. ꝙ ꝑpter beneficium & officium, quod
par recpit in prouincia paris, ſubmittitur poteſtati paris.
6 & tunc par in parem habet imperium. †Opp. ꝙ iſte non po
tuit habere beneficium inferius Epatu, quia non licet de-
ſcendere.

ADDITIONES.

a ¶Mortis. Adde Oldra. conſil. 44. & idem videtur de periculo amiſsionis honoris per ea quæ voluit ibidem Old. conſi. 93.

b ¶Regem. Adde Old. conſil. 209. & conſil. 1.